



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

De altero eiusdem monasterij anachoreta qui statim vt communionem  
sacram sumpsit, consummatus est. Capvt. LXXXVI.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

re. Tunc cæpit Abbas noster dicere fratribus. Qui patris nostri monita irrita facit, ista patitur. Labores nunc inobedientię metite. Quingentos modios daturi eram<sup>o</sup>, & patri nostro Theodosio per obedientiam placuissimus, fratresq; nostros pateres consolati fuissimus, nunc vero quinq; sestertia millia modiorum tritici perdidimus. Quid lucti sumus, filij. Quantũ nobis ipsis nocuimus. Pro profecto mala egimus. Vnum quia mandata patris nostri præteriuimus, alterum quia spernit Deum non habuimus, sed in horreo nostro. Vnde ex hoc discamus, fratres, quia Deus est, qui disponit omne humanum genus, quodq; sanctus Theodosius inuisibiliter pro nobis filijs suis curam sollicitè gerit.

- 1 Ecce dies sanctus cœnæ, Domini, & pasceus.  
2 Nota, sanctus Theodosius inuisibiliter pro nobis filijs suis curam sollicitè gerit.

*De altero eiusdem monasterij anachoreta qui statim vt communionem sacram sumpsit, consummatus est.*

## C A P V T. LXXVI.

**A**bbas Egiarius narravit nobis, dicens. Cui exissem ex Aegis post solennitatem, ibi celsusq; acrior inhoruisset, veni in monasterium Scopuli. Cũque illic essem, tale aliquid contigit. Anachoreta quidam in partibus illis erat solitarius, veniebatq; <sup>1</sup> sancto die Dominico, & sumebat <sup>2</sup> veneranda mysteria. Semel autem scandalizatus Anachoreta, quinque ferè hebdomadas mansit, nunquam iuxta consuetudinem in monasterium veniens. Quapropter fratres monasterij contristabantur, Cũ ergo in illo monaste

rio essem, venit Dominico die. Quem cum vidissent fratres monasterij, gauisi sunt, prostratiq; petebant veniam, & ille similiter prostratus veniam petijt, feceruntq; charitatem. Anachoreta vero cum accepisset corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, posuit se ipsum in Ecclesie medio, statimq; consummatus est, cum prius antea non ægorasset. Cognouerunt ergo monasterij partes quia præfisset diem obitus sui Anachoreta, & idcirco venisset, vt nihil habens aduersus aliquem migraret ad Dominum.

1 Vide sanctum diem Dominicum.

2 Nota sacrã Eucharistiã appellari venerãda mysteria.

3 Vides quãdã dixit anachoretam accepisse corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, non autem signum corporis, & sanguinis? Habes etiam sanctorum vivorum fuisse consuetudinem, obitum suum Domini corporis & sanguinis perceptione muniri. Nunc vero post illam conuetudinem iurè ab Ecclesia immutam, & alteram introductam, ac tandem post Constantiensis Concilij constitutionem sola sacri corporis perceptione id faciunt.

Inuentio Corporis Ioannis Anachoreta nuncupati humilis.

C A P V T. LXXXVII.

Venimus in quendam vicum sex miliaribus à Roso distantem, & duo senes seculares hospitio nos susceperunt in Ecclesia fundi sui. Vicus autem ad radices montis erat. In Ecclesia igitur ipsa ostenderunt nobis marmoreã tabulam, dicentes: Christiani, magnus in hoc monumento Anachoreta iacet. Diximus autem eis: Hoc vnde nostis? Et dixerunt nobis. Ante annos septem aspicebamus nos vici huius habitatores per noctem in vertice montis lucẽ quasi

Bb 3 ignem